



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXXVIII. Romana hæreditatis, vel bonorum. De invaliditate
testamenti ob dementiam testatoris, & quæ dementiae species ad hunc
effectum requiratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

ROMANA
HÆREDITATIS, vel BO-
NORUM.

PRO
URBANO, ET MARIO
CUM
JOANNE CELSO.

Causa decisus per Rotam ut infrà, postea concordatus.

De invaliditate testamenti ob dementia-
m testatoris, & quæ dementia spe-
cies ad hunc effectum requiratur.

SUMMARIUM.

- 1 F ^{Acti series.} Quæstio super invaliditatem dispositionis ob men-
tis infirmitatem est involuta potius in falso, quam
in iure, & distinguuntur pro decisione plures casus,
& cui incumbat onus probandi sanitatem, vel infir-
mitatem respectivè.
- 2 Ponderantur circumstantia inferentes ad mentis infir-
mitatem.
- 3 Quomodo teles in materia hujusmodi probationis at-
tendendi sint.
- 4 Quomodo sit probanda sanitas mentis, postquam infir-
mitas probata est.
- 5 An dato curatori probet infirmitatem mentis.
- 6 Deputatio curatori sola non probat amentiam.

DISC. XXXVIII.

Cum N. Urbani, Marii, & Joan. Celsi ger-
manus frater, Vaticanæ Basilicæ Cano-
nicus, ob frequentes lævitates, ac amen-
tiae signa, ex coniunctorum opera, cum
Congregationis Visitationis Apostolica
auctoritate, deputato curatore ejus bonorum admini-
strationi, ductus esset ad Surtinam Civitatem, ubi
plurimum annorum spatio vivens, diem clausit extre-
num, ibi testamentum condidit, in quo hæredem in-
stituit Joannem Celsum, qui occasione professio-
nis in quadam Religione, amplam fecerat renun-
ciationem ad favorem aliorum fratrum, deinde verò
Apostolica auctoritate translatus ad quandam Con-
gregationem, ob istius suppressionem, in statu clerici
secularis in Urbe vivebat, unde propræcepta sequuta
morte dicti testatoris judicium instituit in Rota
coram Cerro, tam super reintegratione ad bona
propria renunciata, tanquam ex cessante causa re-
nunciationis ob regresum ad æculum, quam su-
per immissione ad bona dicti testatoris, atque op-
ponentibus præfatis Mario, & Urbano omnium
dictorum bonorum possessoribus de renun-
ciatione, ac etiam de testamenti prædicti invaliditate ob
testatoris amentiam, Rotæ, ex prudentialibus mo-
tivis, visum fuit rejicere hanc secundam exceptio-
nem ex capite non bene probata talis amentia,
qua sufficeret ad intestabilitatem, actorem
verò exclusit ex capite renunciationis, ut liqueat ex
Card. de Luca Pars I. de Test.

decisione defuper edita 19. Februarii 1658. coram
Cerro.

Hæc autem decisiō, quoad bona propria ipsius
renunciantis, atque de tempore renunciationis jam
delata, mihi pro dictis fratribus reis conven-
tis scribenti, (reflectendo ad veritatem), vi-
sa est justa, benèque fundata; Quoverò ad alia, ex
dicta testata præsertim successione postmodum ob-
venta, super dicti testamenti validitate videbatur
subesse aliqua ratio dubitandi, ex iis, quæ
habentur in hac eadem causa in sua sede *sub tit. de
Renunciationibus*; Respectu autem dictæ successi-
onis, visa est justa resolutio ex capite intestabilitati
testatoris per rotam non admissæ, ideoque
placuit resolutio, quamvis non placet ratio re-
solutionis; Atque super hoc puncto intestabilitati
cum in prima propositione, in qua nulla captarunt
resolutio, multa hinc inde deducuntur, & in secun-
da dispositione, in qua resolutio prodit; Cum
per Scribentes pro auctore magno allegationum cu-
mulo deducuntur plures auctoritates, ac decisiones
percuentes diversos casus; Hinc proinde scribi-
bendo ad causam (etiam cum sensu veritatis circa
theoreticas in abstracto), præcisè ut sequitur respon-
debam deductis in contrarium, quamvis ego met ha-
bemus difficultatem circa applicationem, in qua est
tota vis.

Quæstio hæc, de testamentorum ob mentis defec-
tum invaliditate, videtur de magis involutis quas
habeamus, non quidem in puncto juris, dum nullam
legum antinomiam, vel dubium intellectum de-
super habemus, sed ex varietate scribentium; At-
tentè verò considerata diversitate casuum, in
quibus diversimodè DD. loquuntur, constat quæsti-
onem hujusmodi, (quæ potius ex facti, quam ju-
ris), ex casuum distinctione reddi planam, at-
que difficultatem solum consistere in applica-
tione.

Primus igitur casus est, ubi amentia status
non est adhuc firmatus, illa verò, ex verbis, & fa-
ctis, vel signis viro sane non convenientibus de-
duci prætenditur; Et tunc regula est pro validitate a-
ctus, ideoque alleganti mentis infirmitatem, tan-
quam habenti contraria presumptionem juris, incum-
bit onus id probare concludenter per actus univo-
cos, qui amentiam concludant, ideoque non suffici-
unt lèves, ac equivoci, quoniā ad extrajudicialem
rei suæ dispositionem non requiritur perfecta pru-
dentialia, sed sufficit, ut non adsit positiva dementia,
quamvis aliás ingenii hebetudo, vel crassitas adesset.
Fortius verò, ubi cum dicta juris præsumptione con-
current assertio Notarii, benèque ordinata se-
ries dispositionis; Et in his terminis procedunt
deducta, ceteris relatis per *Caren. resol. 171. numer. 2.*
& seqq. & per *Rot. dec. 566. par. 1. divers. decis. 233. ex num. 18. par. 7. recen. coram Baratt. decis. 356. Duran. decis. 178. dec. 265. par. 9. apud Cels. decis. 166.*
& alios, qui ad hoc solent, ac possunt allegari, cum ibi
deductis.

Secundus casus est, ubi probatur quidem in dispo-
nente de aliquo tempore infirmitas mentis, sed acci-
dentalis, ad modicum tempus, non autem fixa neque
confirmata, quia nempe aliquando vir aliás prudens,
actus furioso convenientes gesserit, quod sèpè con-
tingit in corporibus, febre, vel gravi dolore affectis;
Et tunc aliquia pugna est inter DD. super onere pro-
bandi, an scilicet si tunc incumbat impugnanti, vel è cō-
verso substantienti actum; Atque recepta videtur benigni-
or opinio pro validitate actus, ideoq; si onus impug-
nantis probare quod actus gestus esset in eo statu, in
quo disponens mentis alterationem patiebatur,

H. ut latè

*De LUCA
de
Institutis
etc. GVI*

DE TESTAMENTIS

tit latè apud Duran. & Buratt. ubi supra; ubi concordantes; Tunc etenim potius ex tumultuario mentis impulsu; in alteratione, quam ex vera cerebri laetitiae, actus amentia originari solent.

Tertius est praecedenti proximus, ubi propter amentia etiam ad longum tempus, sed interrupta, cum lucidis intervallo; Et tunc adeo eadem DD. discrepantia, ut plurimum autem declatio pendet à qualitate dispositionis; Sienam ea est prudens, ac bene ordinata, tunc presumptio est, ut facta sit de tempore salutis; Secùs autem econtra, atque ita intelligendum venit judicium Senatus Romani relatum per Valerium Maximum, de quo disc. sequen.

Quartus demum est casus, quo amentia status jam probatus, vel firmatus fuerit, non accidentaliter, arque ad modicum tempus ex aliqua corporis infirmitate, sed simpliciter, a quo per tempus notable; Et tunc, dum à communiter accidentibus, ista infirmitas, postquam contracta est, esse solet incurabilis, certa conclusio videtur, atque ferè omnes concordant, ut præsumptio sit pro continuatione furoris, vel amentiae, adeo ut volenti substinetur actu sub pietate recuperata salutis, tanquam habenti contrà le juris præsumptionem, incumbatonus id probandi concludenter, ac per probationes certas, non autem per æquivocas deductas ex aliquibus verbis, vel factis prudentibus, quoniam etiam stulti, ac amentes solet aliquando ad propositum loqui, vel prudenter operari; Id autem provenit potius à casu, quam à iudicio, ut deducatur notissimo exemplo fatus Parisensis, probant post alios eis allegatos Mascard. de probat. concil. 82. Menoch. lib. 6. præsumpt. 45. numer. 68. & sequen. Marta de success. par. 4. quest. i. articul. 2. numer. 13. & sequen. latè Rubens de testamen. ad pias caus. capit. 14. numer. 163. & sequen. Surd. conf. 89. num. 28. Cyriac. controver. 34. ex numer. 13. egregie Apont. conf. 149. volum. 2. Mantic. dec. 60. numer. 4. & bene admittit Rotacoram Durano dicta decr. 178. num. 25. & sequen.

Neque contrarium firmavit decisiones, vel DD. pro actus validitate facientes, quoniam omnes persecuti sunt casus praecedentes, non autem istum, in quo præmissa regula procedit, etiam si dispositio, prudenter, benèque ordinata sit, cum hæc præsumptio attendatur in casu dubio, quando ex probationibus, animus Judicis effet anceps ad credendam potius sanitatem, quam infirmitatem, secus autem ubi infirmitas est jam firmata, quoniam bona dispositio, vel à casu, vel frequentius ab aliena suggestione provenire potest, ut apud allegatos, ac alios communiter; Aliòs enim dispositiones ad pias causulas perpetuò valent, quamvis per furiosum ad catenam ligatum fuerint, dum semper sunt rationabiles, atque probo, & prudenti viro convenient, quod tamen est omnino falsum, ut bene, & latè ultra prædictos, ex professio probat Magdal. de numer. testum par. 2. capit. 4. ex numer. 85. qui alios cumulat, & ad latitudinem Rub. ubi supra capit. 17. ex numer. 466. bene Apont. d. conf. 149. Eademque ratione non attenditur Notarii attestatio de sanitate, ut bene distinguendo probat in puncto Rubens ubi supra cap. 14. numer. 192. & sequen. & que ad 216.

Applicando autem ad rem dicebam, quod veraremur in isto ultimo casu, dum testator vir qualificatissimus, nepos insignis Cardinalis adhuc viventis, Canonicus Basilicae Vaticanæ, postquam plures exquisitas diligentias in ejus curatione ad-

hibitas, tanquam de salute desperatus, in parvoloce, tanquam in magis decoro, ac modesto Hospitali, de communitat insignium, & qualificatorum consanguineorum consensu fuit perpetuò collocatus, cum deputatione curatoris, qua facta erat, causa cognita, non quidem per simpli- cem judicem pedaneum, sed per supremum, ac insignem Magistratum, qualis est Sic. Congregatio Visitacionis Apostolicae; Dictaque deputatio non fuit unica, sed plures repetita per tempus longissimum cum subrogatione unius loco alterius deficien- tis, adeo ut non videretur desiderabilis clarior probatio; Si enim verè testator non fuisset amens, vel deinde sanitatem recuperasset, utique, neque ipse à patria, & residentia Canoniciatus perpetuò alienus fuisset, neque sub curatoris administratione vi- vere passus esset; Minusque probabile est, ut inter tot conjunctos qualificatos, neque unus adfuisset, qui eum sublevare curasset; Atque hinc dicebam, nullatenus obstat dictas auctoritates, ac decisiones, ut potest in suis casibus veras, non autem percutientes calum controversias.

Neque obstat dicebam aliquos actus mentis recuperationem redolentes, quoniam, stante contrario statu jam firmato infirmitatis, qua naturaliter, præfert in ætate matura, solet esse incurabilis, hinc sequitur quod probatio huiusmodi concludere debet pernecesse, neque aliqui actus viro prudenti convenientes sufficiunt, ut apud allegatos; Tantum autem abesse inculcabam, ut sanitas probaretur, quod immò potius constaret de contrario; Tum ex dicta vehementissima præsumptione re- sultante à continuata vita in dicto parum felici loco, qui sibi pro nobili hospitali fuit ab initio assignatus, nunquam procurando regressum ad residentiam, & patriam adeò felicem, qualis est Roma; Tum etiam ex testibus de multis amentia signis depontibus; Observando quod testes non deducebantur principaliter ad probandam amentiam tanquam fundamentum intentionis, quo casu obsta- rent objecta, quod nemp̄ non concluderent pernecesse, sed deducebantur excipiendo, ad ex- claudendam, tē reddendam æquivocam, minūsque concludentem probationem recuperatae sanitatis ex adverso prætentam, quodque attendendo tes- tes juxta istam lecturam, illi bene concluderent ad dictum effectum.

Præterea, ea qua de recuperata sanitate dici so- lent, procedunt ubi prædens infirmitas probatur per testes, vel alias privatas probationes; Secùs autem ubi cum judiciali, & publica auctoritate, cum deputatione curatoris, ac interdicta administratione; Tunc enim, ubi prætendatur sanitas recuperata, requiritur nova lentiens declaratoria. Bart. in l. is cui bonis nu- mer. 5. ff. de testamen. ubi Alex. numer. 19. Ias. numer. 16. Ri- panum. 51. Cagnol. in l. furiosi de regul. iur. Decius conf. 274. sub numer. 4. Apont. d. conf. 149. numer. 8. bene Mar- ta de success. par. 4. qu. i. art. 5. numer. 4. qui duo in specie confutant Decianum conf. 2. volumi 3. & respondent ad l. barbarus, quod ibi non adesse factum Judi- cisis.

Et licet in Mellevitana hereditatis 29. Maii 1633. coram Panzrolo, & 15. Aprilis 1644. coram Cerro; impress. d. dec. 265. pars. 9. rec. contrarium dictum fuerit; Attamen observan- dum est, id esse verum, vel ubi curato- rum nulliter datus fuisset, non absque fraudis & machinationis suspicione; Idemque con- fidemus.

sideratur etiam in Romana de Gracchis coram Remboldo, & coram Duran. decisi. 178. Et apud Merlin. decisi. 772. numer. 18. Et in aliis, quod dici non posse videbatur in isto casu, dum curator fuerat deputatus per Congregationem Visitationis Apostolicae, in qua tot insignes Cardinales assistebant, præfertim idem Cardinalis patruus, nullaque vigebat suspicio fraudis.

Quamvis autem præmissa (posito facto) probabilitatem haberent, non tamen concludant ad effectum de quo agebatur, quoniam facti circumstan-
tia docebant, ut omnes prædicti actus gesti essent honestatis, ac decoris causa, & ne vir adeo qualificatus, ob aliquas levitates, ac imperfec-
tiones, in derisu esset, ut contingerere solet; Non tamen exinde inferti posset ad talēm amentiam, ut eum redderet intestabilem, quoniam (ut supra advertitur) non omnis mentis debilitas, vel habetudo, quæ prudentiam tollat, vel minuat, caufat intestabilitatem; Minusque deputatio curatoris, vel administrato-
ris ad sufficiens reputatur, Rot. apud Duran. decisi. 178. numer. 29. Et 32. in Romana de Gracchis post add. Mascal. de probat. ad consil. 824. Caren. d. reso-
lut. 171. num. 12.

AVENONIEN.

FIDEICOMMISSI

PRO

MARGHERITA, ET MAGDALENA
DE VIENNOT

CUM

ANNAN.

Causa varie decisus per Rotam.

De invaliditate testamenti ex causa furoris, vel amentiae, quando intret necnè; Et de testamento ad interrogationem per nutum.

SUMMARIUM.

- 1 F. Adi seritis.
 - 2 Resolutiones causa.
 - 3 De testamento invalido ob amentiam.
 - 4 An & quando testamentum ad interrogationem va-
leat, & num. 16.
 - 5 Quibet presumitur sana mentis.
 - 6 Habent pro se Regulam sufficere uscire probationem
imitationis.
 - 7 Attestatio Notarii est deferendum.
 - 8 Ac subscriptione testium.
 - 9 Ac etiam subministracioni sacramentorum.
 - 10 Attendatur prudens dispositio, quod disinguatur
num. 17.
 - 11 An uultus sit magna, vel modica.
 - 12 Falsitates, & machinationes non committuntur sine ma-
gna utilitate.
 - 13 Desertur etiam observantia.
 - 14 An, & quando testes testamentariorum admittantur
contra testamentum.
 - 15 Non omnis infirmitas mentis reddit intestabilem.
 - 16 Declaratur conclusio, de qua n. 4.
- Card. de Luca Paris de Test.

- 17 De conclusione, de qua num. 17. an dispositio prudens amentis valeat.
- 18 Declaratur conclusio, de qua num. 13. circa obser-
vantiam.
- 19 Quomodo ista materia decidenda sit.
- 20 Et quomodo regulanda sint conclusiones, & doctri-
na.

DISC. XXXIX.

Johannes de Viennot lethali morbo laborans, te-
stamentum nuncupativum nuncupatione ex-
plicita condidit coram septem testibus, & No-
tario, qui illud rediget in scripturam adfor-
matum Statuti in singulis paginis à testibus sub-
scriptam, in quo hæredes instituit duos ejus filios
cum substitutione inter eos, eisque abique prole de-
ficientibus, substitutus Simeonem agnatum, aliqua
etiam dispositione facta ad favorem Annae uxoris,
qua sequuta morte testatorum, filiorum tutelam sus-
cepit, ac hæreditatem adivit ex testamento, quod in
alii partibus quoque impletivit; Cum autem dictorum
hæredum obitus abique prole contingisset, unde
propterea factus esset causus ad favorem dicti Sime-
onis superstis, atque isto post modum defuncto,
Margherita, & Magdalena ejus filia immisionem
in partibus obtinuerint; Comissa ex scripto San-
ctissimi, vel Cardinalis Legati causa in Rota coram 2
Cerro, sub diebus 24. Ianuarii 1659. Et 27. Febru-
arii 1660. ex fundamento inyallitatis testamenti
ob testatoris amentiam, contraria auctrices prodierunt
resolutiones, à quibus recessum fuit sub die
20. Junii 1661. coram eodem, atque realump-
ta causa (per notabile tempus quiescente) coram
Albergato subrogato, sub die 17. Novembris 1670. (me-
ramen in hac ultima disputatione non scribente) po-
sterior resolutio pro testamenti validitate confirma-
ta fuit.

Cum autem unicus causa punctus in eo consiste-
ret, an testator esset necnè testabilis; Hinc pro-
inde scribentes pro Anna rea convertata, qua
filiorum testatoris intestata hæres erat, pro aman-
tia justificatione, duo deducebant fundamenta in primis decisionibus admissi; Primo, scilicet alio-
rum testium testamentariorum, ac etiam aliorum de-
positiones, super statu omnino frænetico testatoris,
quem propterea foriter ligatum in cubiculo te-
nere oportuit, ex iis que, ceteris relatis, ha-
bentur super hujusmodi testamentorum invaliditate
ob mentis infirmitatem, apud Mantic. decisi. 60. Rot.
decisi. 620. par. 1. Et decisi. 107. par. 2. divers.
decisi. 288. Et 346. par. 9. recent, in quibus concordan-
tes.

Et secundò, quod ageretur de testamento
condito, non ad dictamen testatoris, sed ad
Notarii interrogationem, cum simplici verbo affir-
mativo si, vel nolu, & signis; Quamvis enim haec te-
standi forma in jure prohibita non sit; Attamen
id procedit quando testator in statu valido ita sit
testatus; Secùs autem in statu infirmitatis præ-
teritum gravis, ac lethalis, fortius vero ubi ea fræne-
sum cauferit, cum tunc præsumptio urgeat contra
testamentum, ideoque testamentarium sit onus
concludenter probandi, quod illud in statu san-
gements, ac sincere ordinatum sit, neque intret ea
generalis præsumptio, qua regulatiter vigeret,
juxta communem traditionem DD. in lib. iu-
bemus Cod. de testamen. ut ita distinguendo firmant.
Roman. consil. 306. num. 6. verl. Ego vero pro vernate,

De LUCA
Testamentis
etc.
GVI